



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Ritus, servandus, cum Episcopus baptizat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

Ritus, servandus, cum Episcopus
baptizat.

SI Episcopus parvulos vel adultos baptizare voluerit, parantur & servantur omnia, ut superius de ordine Baptismi dictum est, atque hæc præterea, quæ infra notantur.

Adsint Capellani, vel alii Presbyteri & Clerici, superpelliceis induti, qui ei assistant ac ministrent.

Ipsè vero super rochetum, accipiat albam, & cingulum, & stolam, & pluviale violacei coloris, ac mitram: atque ita paratus cum ministris procedat ad Baptismi ministerium. Et, dum interrogat: **N. Quid petis ab Ecclesia DEI?** ac, dum facit reliquas interrogationes, sedet cum mitra: cum vero exsufflat, dicendo, **Exi ab eo, immunde spiritus;** surgit cum mitra. Rursus sedet, cum signat Catechumenum signo Crucis in fronte & pectore, vel dicit: **Accipe signum Crucis, &c.** Et, cum dicit Orationes quæ præcedunt vel sequuntur benedictionem salis, surgit, deposita mitra: similiter, cum ipsum salem benedicit. Cum autem salem benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit & sedet. Cum verò legit Exorcismos, & dum, saliva aures & nares Catechumeni tangens, dicit, **Ephpheta,** ac dum introducit eum in Ecclesiam, stat cum mitra. Cum autem dicit, **Credo in DEVM Patrem, &c.** & **Pater noster,** super Catechumenum, stat sine mitra. Sed cum no-

men

men querit, & interrogat: N. Abrenuntias Sata-
næ, &c. & baptizandum, Oleo sacro, in pectore &
inter scapulas, inungit; & sedet cum mitra: quo facto,
accipit stolam, & pluviæ album. Et, cum rursus in-
terrogat de fide, Credis in DEVM, &c. Vis ba-
ptizari, &c. & cum baptizat per infusionem, sedet
cum mitra. Si vero baptizat per immersionem, mi-
tram retinens, stare debet.

Cum demum Chrismate verticem baptizati linit,
& dat ei vestem candidam, & candelam accensam, ac
dicit, Vade in pace, &c. sedet cum mitra.

Quæ omnia pro faciliori Baptizantium commodi-
tate superius, in Baptismo parvulorum, in margine
sunt annotata.

Pag. 14
& seqq.
usque ad
28.

Si autem Pontifex quempiam, à Presbytero jam
catechizatum, tantum baptizare voluerit, sic para-
tus vestibus albis incipiat, postquam ad Baptisterium
deventum fuerit, dicens: Quo nomine vocaris?
Resp. N. Episcopus interrogat: N. Credis in Deum
Patrem omnipotentem, &c. & prosequitur us-
que in finem, juxta Ordinem Baptismi, ut supra.

Pag. 24.

Benedictio Fontis Baptismi extra Sabba-
tum Paschæ & Pentecostes, cum aqua
consecrata non habetur.

Primum, lavatur & mundatur vas baptisterii, de-
inde limpidâ aquâ repletur. Tum Sacerdos cum
suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, Cruce, &

duobus